

In Feflo SS. Apofolorum Simonis & Judæ.

CONCEPTUS LXXIV.

De aternitate poenarum, maximo damnatorum tormento.

THEMA.

Hæc manda vobis, ut diligatis invicem. Joan. 15.

Synopsis.

In inferno maximum tormentum damnatorum non tam est illud, quod patiuntur in vita, inauditum, in olfactu, in gustu, & in tactu, quam quod confurgit ex aternitate poenarum. 724

In Feflo omnium Sanctorum.

CONCEPTUS LXXV.

De aterna Beatitudinis gloria, qua Beati fruuntur in caelis.

THEMA.

Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Matth. 5.

Synopsis.

Beata caeli gloria est ingens stimulus ad virtutem. Est autem Beatorum gloria ingens, five confideremus locum, ubi habitant, five Beatos, cum quibus habitant, five ipsam gloriam, qua fruuntur. 728

In Commemoratione Fidelium Defunctorum.

CONCEPTUS LXXVI.

Ex bonis gloriae, quibus Beati fruuntur, eruitur, quanta fit poena damni in purgatorio.

THEMA.

Procedite, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitam. Joan. 5.



Synopsis.

Nemo poenam damni, quam purgantes animæ patiuntur, multum æstimat, quæ tamen est gravissima, quia vident illa bona, quibus Beati tam corpore, quam anima tenus fruuntur. 732

In Feflo S. Martini Epifcopi.

CONCEPTUS LXXVII.

De magnitudine, puritate, & aternitate præmii celestis.

THEMA.

Domine, si populo tuo sum necessarius, non recusa laborem. Ex Vir. S. Mart.

Synopsis.

Cælestia bona præ terrenis, quibus in hac vita fruuntur, eligenda sunt, quia sunt magna, quia sunt pura, & quia sunt aterna. 735

In Feflo S. Catharinæ Virginis & Martyris.

CONCEPTUS LXXVIII.

De vanitate, & contemptu rerum mundanarum, & æstimatione celestium.

THEMA.

Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Matth. 25.

Synopsis.

Mundana gaudia sunt lampades fatuarum virginum, quia defectu olei cito extinguuntur. Mandati honores sunt inanes, & transitorii. Mundana divitiæ sunt periculosa, & in altero mundo nil valent. Mundana voluptates sunt falsa & desunt in miseriam. 739



DOMINICA I ADVENTUS CONCEPTUS I.

De Poenitentia indispensabiliter necessaria relapsi.

His fieri incipientibus respicite, & levate capita vestra. Luc. 21.

Post innocentiam perditam non patet alia via in caelum quam Poenitentia.

O Utinam voce valerem supra tubarum clangorem sonora! vellem Auditoribus meis statim initio hujus materie, quam deinceps tractare constitui, terribilem veritatem in aures clamare nulla amplius oblivione delendam: quenam est hæc veritas? Audite, Christiani omnes, audite. Non datur in caelum via nisi hæc gemina, Innocentia & Poenitentia. Intellexistis? Non datur in caelum via, nisi Innocentia & Poenitentia. Via innocentie amoenissima est illis ac rosis condita, & quæque in ea ambulant felices animæ baptismali candore coruscantes, & ab omni nevo peccati immunes in termino celestis aula portam amplissime sibi patentem inveniunt. Econtra via poenitentia horrida est; nil aliud in ea cernitur, nisi sentes, tribuli, virgæ, flagella, cilicia, jejunia, adversitates ac cruces, quique illam ambulant, non alio ariete, quam gemitibus & lacrymis caeli portam sibi poterunt referare. Dic, mi Christiane, qua via incedis? an via innocentie? Eheu! hæc una cum prætexta deperdita fuit: necdum bene desistit esse insans, & jam incepit esse peccator; primæque Baptisini venustas perit, in æternum non amplius reditura, & quod dolendum magis est, per vitam hæcenus in hac & decursum centena, millena, immo innumera peccata multiplici: non est Dei, aut Ecclesie mandatum, quod non multoties fregisti. Quæ ergo via in caelum tibi supereit? Via poenitentie: non habes.

Clavis Speculi. Carect. Conc. Tom. II. Pars II.

medium, plorandum est hic cum poenitentibus, aut ibi ardendum cum damnatis. Hæc certissima sunt. Jam vero, ut ad præfixum mihi scopum sine mora proximius accedam, scias velim, poenitentiam dupliciter posse considerari, ut Sacramentum, & ut virtutem: quid est poenitentia ut Sacramentum? est confessio dolorosa de peccatis cum absolutione Sacerdotis: quid est poenitentia ut virtus? est dolor animi, quo homo detestatur peccatum tamquam Dei offensam, & promittit satisfactionem cum emendatione vite. Quenam est differentia inter utramque. Poenitentia ut Sacramentum non potest esse sine externis & sensibilibus signis cum poenitentis, qui confessionem peragit, cum Ministris, qui absolvit: ut virtus autem potest stare abscondita in corde, in internis actibus animæ, & occultissimis cogitationibus. Poenitentia ut Sacramentum inchoat conversionem peccatoris; ut virtus autem hæc conversionem continuat. Verum utraque indissolubili foedere connectitur, ita ut Sacramentum sine virtute, aut virtus sine Sacramento professe nihil valeat; utraque est necessaria peccatori. (Arduus Tub. Cat. p. 3. de Sacram. Pan. Inscr. 1.)

Hinc poenitentia est necessaria relapsi.

1. Proposito. Atque hoc est, mi Christiane, quod tibi hodie inculcatum volo. Audi materiam, & distributionem sermonis: Poenitentia (pro ut dicit complexum ex Sacramento simul & virtute) est necessaria ad placandum Deum. Poenitentia est necessaria ad expurgandum reatum peccati.

peccati. Poenitentia est necessaria ad vitandum relapsum. Denique poenitentia absolute est necessaria ad consequendam salutem. Eja agamus hodie & deinceps de poenitentia, ad quam nos Ecclesia facit hoc Adventus tempore per signa terribilia in sole, luna, & stellis excitat: alioquin vos, dilectissimi, verbis hodierni Evangelii (Luc. 11.) *Religiosi & levitate capite vestra, supra quae verba Dionysius Cartusianus ap. Mansi in aratio in hoc. Ev. v. 88. ait: Levare capita nihil aliud esse, quam corda Deum dirigere, in ipsum considerare, atque per spem animas exaltare. En actus poenitentiae. Attendite. Favete.*

§. I. Et quidem necessaria ad placandum Deum.

3. *Confirmatio.* Poenitentia est necessaria ad placandum Deum offensum, ita sonat prima pars. Sciendum est igitur, quod peccatum sit injuria conjuncta cum summo contemptu Dei & crudelitate erga ejusdem Majestatem. Et de contemptu quidem dicitur tota via, qua potest, auctoritate; consequens est, omnem legis a Deo lata violationem esse supremam hujus auctoritatis violationem esse, ac vere & proprie crimen laesae Majestatis. Peccator, dum male agit, omnes, ac singulas Dei Optimi Maximi perfectiones minimi aestimat, dum minus curat agere, quod supremo omnium Monarchae placeat, quam agere, quod belluinae suae cupiditati ardeat. Atque ita contemnit Potentiam, quia ejus imperia adeo negligit, ac si nihil haberet, quod ab ea metueret. Contemnit Sapientiam, quia ab ea perturbat pulcherrimum ordinem, quo vult hominum, ejusque arbitrium divinae voluntati penitus esse subiectum. Contemnit Bonitatem, quia magis bonum putat satisfacere suae libidini, quam innoxiam omnis boni oceano potiri. Contemnit immensitatem, quia in Dei praesentis, videntique oculis perinde se gerit, ac si ille nihil sentiret. Contemnit Beneficentiam, quia quae promittit aeterna & summa praemia pronihilo ducit. Contemnit Justitiam, dum minus, quas illa intendit, gravissimas, penitus non terretur. Contemnit Sanctitatem, dum committit facinus, quod illa summo, maximoque odio prosequitur. Verbo: nullius, quam Deus in se continet, perfectionis aestimationem habet peccator, unde non potest nisi in actio illius esse pessima, quia pugna e diametro cum voluntate Divina, juxta illud axioma (L. 8. Ethic. c. 10. S. Tho. 1. 2. q. 78. a. 4.) *Quod optimo contrarium est, idem est pessimum.*

4. Nec satis hoc: Peccator praeter hunc contemptum etiam in Deum crudelis est. Audite explanationem. Peccatum dicitur *Annullatio Dei*: quare? quia si Deus posset delevit, peccatum illum in nihilum redigeret: cum enim id agat praecipue, ut molestiam faceret Deo, reversa, si Deus sensum aliquem molestiae habere posset, sensus iste foret infinitus; infinitus autem molestiae sensus sufficeret vel ad ipsum Deum de-

struendum. *Peccatum mortale talis est naturae, ut si possit esse, destruat ipsum Deum, eo quod cum illa esse visibilis in Deo, & visibilis infinita. (Metaph. de Peris.)* Quamquam autem esse Divinum nil molestiae, advertere pati possit; peccator tamen vibrat terat, & quantum in ipso est, facit, ut Deum feriat, & licet vires ferendi deficient, voluntas tamen ferendi non deest. Dico, non deesse voluntatem; peccator siquidem, dum legem violat, cuperet vel Deum necare hanc violationem, vel non odisset, vel non posset vindicare: si Deus nesciret, non esset insolite sapiens, si Deus peccatum non odisset, non esset infinite justus, si Deus non posset vindicare, non esset infinite potens, & consequenter non esset Deus. Ecce quam vere peccare idem sit, ac vel Deum. Ecce quam esse Deum: unde indignabundus exclamat Bernardus ap. Segn. Hom. Chr. p. 2. dicit. 19. n. 5. *Crudelissimus, & omnino execranda animalis, quae Dei sapientiam, justitiam, & potentiam perire desiderat.*

5. Jam explicata enormi hac peccati crudelitate, ulterius scito, mi Christiane, quamquam pro tanto delicto nulla creatura satisfacere possit; Deus tamen offensus adeo non credit juri tuo, ut contracta debita ad ultimum teruncium nobis expungi, sibi que fatisherit velit. Verum eheu! quam satisfactionem praestabimus. Non aliam, nisi seriam poenitentiam. Et quamvis haec nollet poenitentia, quantumcumque intensa sit, ex se nunquam ad aequalitatem, seu ad rigorem iudicis damnatum Deo illatum compenset, compertat tamen una cum liberali promissione, quam Deus ex mera misericordia nobis facit, *si impius operis poenitentiam ab omnibus peccatis suis... omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. (Ezech. 18.)* En, mi Christiane, qua ratione poenitentia necessaria sit ad placandum Deum, Pergo ad alia.

§. II. *Necessaria ad expurgandum peccati reatum.*
6. Poenitentia est necessaria ad expurgandum reatum peccati: intelligo hic reatum poenae, & qui cum reatu poenae ordinare conjungitur, pravo habitu ex peccato residuo, ea enim est Dei ordinatio, ut quamvis per infinitam misericordiam, ac bonitatem suam peccatum quod culpam remittat, illud tamen quod poenam reatetur. *Dominus transiit peccatum tuum; dei iustus Nathan Propheta Davidi denunciavit (2. Reg. 12.)* *verumtamen filius, qui ortus est tibi, morte morietur.* Quasi diceret: Etsi peccata admittis gratia tibi facta sit, o Rex; ad illud tamen puniendum filio tuo moriendum erit, ut dolor, quem ex ea mortefenties, sit tibi in supplicium, ne leve existimes, aut non dignum detestatione malum, quod sulte admittis &c. Quod autem concernit pravo habitu, & propensionem ex peccato residuo, multo magis poenitentia necessaria est ad easradicatus extirpandas. quamquam enim Dei gratia per dolorem perfectum, & confessionem acquisita peccatum enecat, non tamen eadem opera etiam parvus & foetus ejusdem sustulit. Capiamus similitudinem. Lacidifimus

simus sycerum princeps sol, etsi post longam moram ab eclipis emergens, quasi remoto spatio iterum serenissimus fulgeat; tamen non simul aufert, quiddam maligni illa eclipis in terras diffusiderit. Sic etsi divinae gratiae sol, post fontalem peccati eclipis in anima notata per sacramentalem confessionem oriatur, non tamen simul pessimos effectus, videlicet pravo habitu, & propensiones tollit; opus est continuata poenitentia, multis gemitibus, jejuniis, & serena austeritate, qua opprimantur, & eradicentur.

7. Et quibus patet, quam temere ac periculose agant illi peccatores, qui putant, postquam Sacerdoti sua peccata in sacro tribunali enarraverunt, se satis muneri suo fecisse, & tam nulla amplius admittorum scelerum cura tangantur, quam si nunquam illa perpetrassent. O quam longe alius sanctorum hominum sensus fuit, qui res momentis suis longe diligentius, quam nos librabant. Hi etsi de nozarum venia certi, eas tamen amarissimis lacrymis deslere non cessabant. Tria obtinet exempla animi nostri oculis obsequiam, quorum unum e lege naturae, alterum ex lege scripturae, tertium ex lege Evangelicae depreumptum est. Primus Adamus est, qui etsi Dei voce, & ore criminalis commissi veniam impertitum intellexisset; toto tamen novem saeculorum spatio, copiosis frontis suae sudoribus, manuum labore, ac perpetuis, connexile cruciatibus divinam Justitiam sibi conciliare perrexit. In lege scripta idem sancte hujus poenitentiae se nobis exhibet Rex David; qui licet alieni thori violationem, & Uriae eodem sibi a Deo condonatae Propheta ore intellexerat; tamen cinerem tanquam panem manducabat, & inter affiduas lacrymas clamabat: *Amplius valeat me Dominus, & a peccato meo munda me. (Ps. 51.)* Denique in lege gratiae exemplum nobis illustrissimum est S. Maria Magdalena, quae de culpae venia ipso Incarnatae Veritatis oraculo certior reddita, tam non desit deplorare sua delicta, ut triginta annis in specu Massiliensi delitescens longe nobilissimae poenitentiae exemplar evaserit, quam fuit antea vanitatis.

8. Prodeant modo, qui aliter agunt, & ex sanctissimis poenitentibus huius generis, qui sibi tantum cruciatu, quid aliud lacrymas, quid tamen austeria in corpus suum inelementa velit. Non aliud reponent omnes & singuli, quam: Peccavimus, & licet modo nullius culpe rei simus, satis est nos fuisse: quiddam agimus, non potest esse nimium ad persequendum hunc Dei hostem, & pessimos ejus effectus. O mi Christiane, emulare has Sanctorum industrias: illi de obtenta venia erant certi, tanta tamen cura incubere ad vindicandam in seipsis delicta; quid tibi quae agendum est, qui nullam habes veniam securitatem? Ah! poenitendum est: poenitentia est unicum remedium ad delendum peccati reatum, & abstergendas fordes ex peccato residuo. *Conjunctum est et illis, minatur Deus apud Prophetam. (Ose 13.)* Ubi notandum, leonem esse ze-

lotypum animal; cum advertit leonem alienis adhaerere amoribus, cum jugulat & interimit; quodsi vero infensa leana se prius in flumine lavet, leo admittum crimen non advertit, & pacifice cum ea vivit. Hanc similitudinem exponens Joannes a S. Geminiano ait l. 5. c. 17. *Si anima in flumine lacrymarum poenitentiae lavetur, ab ipso Christo peccatum dissolvatur, & periturus. En, mi Christiane, qua ratione poenitentia necessaria sit ad expurgandum reatum peccati. Dico plura, & majora.*

§. III. *Necessaria ad praevendum relapsum.*

9. Poenitentia necessaria est ad praevendum relapsum in pristina peccata. Cum equus cepit, calcariis admonetur, non tam ut negligenter praeterita puniatur, quam ut cautor ille magisque attentus reddatur, ne simili molestia lesores afficiat. Non aliter se res nobiscum habet: si quoties cadimus, seriatim, severa poenitentia multum haud sine leveni a nobis ipsis exigentibus, omnino cautissimi in posterum rediderimus; qui non facile homo ad peccata redit; ex quo *humanum expertus est*, ut ait Angelicus Suppl. q. 15. a. 2.

10. His speccatis inculentur illi desipient peccatores, qui eos studio Confessorio seclantur, qui levibus multis peccata vindicare jubent. Certe non ex vano opinor hanc esse originem lapsuum toties repetitorum; nam poenitentes illi modicum illud ac facile peregris contenti parum laborant, ut aliquod portio moliti operis adjuvant, & si pro delictorum confessione satis ponderosa vel ad incommode subire deberent, quam ut v. g. in hortulo deambulantes precum coronam Dei Matruerent, non illi facile in animum inducunt, ut, quam sine magna molestia posuere facinram, eadem se non diu post iterum onerent. At si furta, si foeda libidines, si sacrilegia & vindictae hodieum plesterentur multis in primitiva Ecclesia utritis, profecto non is, qui nunc flagitiorum torrentis Christianas provincias inundaret, sed poenitentes experit, quanta molestia morbis suis moderi deberint, servanda deinceps voleudum cautius investigarent. *Omni curatio, quanto difficilius accipitur, tanto acquisita cautius enstidit*, ait Gregorius in Pl. 1. Penit. Adhuc crassius delirant, qui ajunt te, quod voluntatis poenitentiae operibus deest, per indulgentias supplere. Falluntur, qui ita te purgant, magno luo malo: Indulgentia siquidem rationem poenitentiae habent, in quantum haec pro contracto poena reatu satisfaciunt, non autem in quantum malis animi medeatur, & idcirco ad tollendum pravam assuetudinem v. g. jurandi, blasphemandi, imprecandae, luxurandi & alius huiusmodi assuetudine vincenda est affectus assuetudine, prava laudabili: oppugnanda est delicata vivendi ratio austeritate, salutaris incuris, precibus, gula abstinencia, libido jejuniis, & alia malis aliis remedii, qua singula singulis sua proportione respon-

dent, atque vim habent, ut a peccatis, quae perpetrata sunt, deinceps praeservent. Cape meum consilium, mi Christiane, non omite propter solas indulgentias opera voluntaria penitentiae, sed, prout solent illi, qui de salute sua vere sunt solliciti, hac illis conjunge, sic enim vero & illo purae miserationis, & hoc vino moderata auferatistis plagas & cicatrices tuas perfensabis, ut nunquam recrudescant.

§. IV. Denique necessaria absolutio ad salutem.

11. Sed quid in spatiosis ambages excurro? cur necessitatem penitentiae ad placandum Deum, necessitatem penitentiae ad expandendum peccati reatum, necessitatem penitentiae ad praevendum relapsum prolixo sermone demonstro? Audite compendiose, quod haecenus fuso explicarum est. Penitentia est necessaria ad consequendum salutem. O veritatem inconcussum, & indispensabilem! Imaginare tibi, mi Christiane, te in navigio omnibus requisitis instructissimum per mare ferri: quamdiam venti, fluctus, & leuena calli facies latent, fortunato cursu proveharis, verum si contra tempestate navigium ab immanibus procellis scopulo illisam in frusta dissiliat, quid tunc tibi speras? Nihil aliud, quam ut frustum dissolutae navis arripas, & si fors bene tibi velit, natando, laborando, & viribus omnibus conuolando in litus emergas. O Christiana anima, per Sacramentum Baptismi in securissimo navigio, favente caelo marique collocata es: loco ventorum afflabant animum pie inspirationis Spiritus Sancti, loco lucis portabat de Dei gratia; loco remigum erant tibi pia Sanctorum exempla, locolinguula magneticae serviebat tibi virtus fidei, loco anchorae virtus spei, loco cyrofolius virtus caritatis: sic suspicato itinere placidissime provehaberis ad portum salutis. Verum eheu grande infortunium! confurrexerunt contra temeraria monstra demonum, piratae malorum sociorum, & tentationum procellae: his impellentibus navicula tua ad scopulum impudicitiae innumeris naufragiis infamem fracta, ac collisa est. sumbera, extincta est innocentia: quid nunc tibi naufragio superest? arripiente ad penitentiam, quae a Tridentino sess. 6. n. 14. & S. Hieronymo epist. ad Demetriad. vocatur *secunda post naufragium navicula*; perisisti, nisi hoc remedio emergas: quibus, quomodo hoc remedium utiliter amplecti debeas? Peccata tua Sacramento penitentiae dele, & dein virtutem penitentiae per omnem vitam prosequere: ora, labora, jejuna, elemosinas distribue, iusam, choreas, ludos teatrales, nocturna conventicula, pravos socios & occasione devota, corporis sensibus, & praesertim oculis tuam iniice, gulam delicatioribus cibis destrauda, molestias, & incommoda, quae artis, muneris, loci, aut tempestatibus causa vel invidus pati debet, Divinae Iustitiae tanquam admisorum criminum punitionem offer, & tandem delictorum nunquam recordare, quin sancta indigna-

tionem aut odio erga teipsum accensus in unum vel alterum suspirium exumpas; hac enim sunt operationes & signa verae penitentiae.

12. Dixi superius, quod Sacramento penitentiae, & virtus penitentiae a delictis segregare debent esse conjuncta, & illud sine ista, aut ista sine illo non profit ad salutem; & hoc altissimum volo, mi Christiane, ut singulariter menti imprimas, tanquam fructum vel unicum, vel saltem praecipuum hodierni sermonis. Percipe in huius rei confirmationem Historiam ex S. Antonio Archi-Episcopo Florentino ap. Ardian. p. 3. de Sac. Pen. Instr. t. n. 9. Mulier quaedam cum in optimo aetatis suae flore maritum amisisset, viduitatem suam in modestia, in Sacramento frequentatione, alique virtutibus adeo transegit, ut in omnium admiratione, & estimatione esset. Post intervallum tamen, eheu, in turpissimum impudicitiae crimen lapsa est; & quod pejus erat; commissum nefas, & demone illud insolenter exaggerante, ex demorabili verrecundia in confessione occultavit. O deploandum deceptionem, quae animas sine numero in infernum praecipitat! Ex una parte confiteri peccatum videbatur ipsi impossibile; ex altera parte per omissionem Sacramento metuebatur populisuspicionem incurriturum. Igitur statuit per omnem vitam agere rigoram penitentiam, sibi ipsi inani spe blandiens, fore, ut delicti remissionem etiam sine confessione consequeretur. Incepit itaque stupendis austeritatibus, & jejuniis carnem macerare, & cum hac omnia nimis exacta videbantur, ingressa est Monasterium fanaticum, quod ibi disciplina, & observantia forebat. In illo Monasterio erat omnibus admirationi & exemplo. sine elapsis aliquot annis unanimi suffragio a fororibus in Praepositam seu Abbatissam electa est, ut ceteris praerent in dignitate, quae omnes antecellerent in virtute. Tunc enimvero dupliciter austeritates; & Deus illas remunerabatur per interno infunctus, ut commissum peccatum confiteretur. Hac omnia erant in vanum, usque dum lethali infirmitate occupata obiit. Percepit quidem Sacramentum, seu, ut melius dicam, suae damnationis signacula; mortua est in oculis hominum cum tanta sanctitatis exultatione, ut forores vix non miracula sperarent. Interim misera apparuit cuidam con-forori flammis circumdata, & illicque exspavescenti edixit. Ne times, ego sum Abbatissa, quam heri sepelivisti: peccatum in statu viduitatis commissum semper in confessione subtrahitur; speravi me per illas austeritates, & penitentias, quae vidisti, veritatem peccati imperitaram, sed meipsum decepsi, aeternalem sine ullo remedio damnata sum. Hac asserens, cum terribili ululatu disparuit.

13. Epilogus. Dices ex hac Historia, mi Christiane, quod tibi hodie inculcatum eo. Sacramentum Penitentiae sine virtute penitentiae, aut haec sine illo non salvat hominem: quamvis peccata tua Sacerdoti exposita, & sacrosanctam Absolutionem impetris; si postea

tam imple quae antea vivis, & pristinae occasionis, lococitates, familiaritates & vicia demum frequentes; haud magis tui proderit Sacramentum Penitentiae sine virtute, quam profuit huic Abbatissae Virtus penitentiae sine Sacramento. Necessit est, ut desolationem peccati, quam in sacro tribunali feliciter inchoasti, deinceps continuare, & per voluntarias penitentias divinae Iustitiae magis magisque satisfacere studens. Peccatum enim illud quod fecisti, ait S. Augustinus in Psalm. 28. *impunitum esse non potest*, aut Deum, aut te ipsum vindicem habere debet: *aut poenitentiam operetur*; tamen in timore & tremore salutem non operatur, & quoniam de venia delictorum nunquam certus es, penitentiam usque ad ultimum terminum proroga; quia idem S. Augustinus solemniter pronuntiavit, mortalium neminem, quantumvis ab omni lae purum, debere tam esse praesentem, ut hinc migraret sine penitentia; & c. & c. (Breviar. Rom. in Festa S. Aug.)

Dominica II. Adventus.

CONCEPTUS II.

De primo effectu seu fructu verae penitentiae, videlicet mutatione hominis.

Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Matth. 11.

Mulorum penitentia non est sincera.

1. Cum libros Regum evolvo, mirabilem disferentiam invento inter geminos penitentes; videlicet Regem Saul, & Davidem. Rex Saul a Domino Deo iustus, ut Amalecitis bello opprimeret, atque sine ulla commiseratione omnes non tantum homines, sed etiam animalia interfectione deleteret, pepercit Regi Agag, & melioribus jumentis; cumque ob hanc inobedientiam a Propheta Samuele auferret incrementum fuisse, exiit quidem in gentium, dixitque: (1. Reg. 15.) *Peccasti, quia praevastans sum feromonem Domini*; nihilominus per hac verba adeo veniens a Deo non consecutus est, ut regno privatus, & sui ipsius lator factus desperandum mortem obierit, aeternum a Deo reprobat. Contra Rex David, postquam gemino adulterii & homicidii crimine Deum gravissime offendit, & propterea a Propheta Nathan non sine terribili gravium malorum comminatione ammonitus fuit, eadem ipsa verba, quae Saul, eruavit (2. Reg. 12.) *Peccavi Domino*; & ecce quod plane mirabile est: tam celeriter veniam, remissio nemque peccatorum a Deo obtinuit, ut contum Propheta subnarraret: *Dominus quoque transiit peccatum tuum*. Jam admirandus hic interrogatio: Cur vocula illa *Peccavi* usque adeo profum fuit Davidi, non ita Sauli? cur ille penitentium, iste desperatorum exemplar factus est? cur ille salvatus, iste damnatus fuit? Nimirum quia non omnis penitentia vera est, & sincera, lepenumero solum ab ore, non e corde procedit; & talis erit penitentia Saulis, ait Cornelius a

Lapidei in 1. Reg. c. 15. *Dolebat, & frigidum illud Peccavi tantum ex metu perdenam regni edificabit, dam e diverso Rex David hancimplam voculam ex puro offensus Naminis amore, veraequae cordis compunctione emancipavit. Addit Balaebus Emilianus Hom. ad Monach. postliminio ex actis factique utriusque Regis facile patuit, quoniam esset vera, quoniam hinc penitens; nam Saul non composuisset *regnum suum* criminalem, sed in sua inobedientia, in sua obliantia, inque concepto contra Davidem rancore indolenter perseverabat: Econtra David insigniter a seipso mutatus est; factus humilior, mansuetior, patientior, & in peccandi periculis longe cautior, quam fuit unquam antea. Hac, haec mutatio est genuinum verae penitentiae indicium: post actam penitentiam necesse est, ut penitens fiat omnino diversus a seipso peccatore. Atque huius veritatis me commonefacit hodiernum Evangelium verbis illis (Matth. 11.) *Ceci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, &c.* Quis; si ceci fuerit, quomodo possunt videre? si claudi fuerit, quomodo possunt ambulare? si surdi fuerit, quomodo possunt audire? Respondent quidem SS. Interpretes, Scripturam loqui in sensu ampliativo, & quasi dicere: Qui prius erant caeci, claudi aut surdi; jam oculorum, pedum, & aurium officio gaudent: verum Dionysius Carthusianus ap. Mansi in Aetario hol. y. 5. hac verba expresse de peccatoribus in sensu morali intelligit, & inquit: *Ceci vident, cum Christo desuper irradiantur homines ab ignorantia errore, & infirmitate purgantur; surdi audiunt, dum rebelles verbo Dei obediunt; leprosi mundantur, dum a vitiiis gula, & luxuria homines expurgantur; claudi ambulant, dum pigri & infirmes ad Deum ferventes efficiuntur; mortui resurgunt, dum impij penitent*. En mutationem, quam penitentia in peccatoribus debet operari.*

Quia penitentia sincera debet post se trahere mutationem hominis.

2. Proposito. De hac mutatione peccatoris tam interna, quam externa tanquam primo ac necessario fructu seu effectu penitentiae hodie differtorem. Penitentia post se trahere debet mutationem idem veram emendationem hominis, aut vera penitentia non est. Notate autem has vocales: *Interna*, & *externa*; quia in his consistit divisio sermonis. Attendite. Favete.

§. I. Et quidem tam mutationem internam in edomatione passionum.

3. Confirmatio. In primis penitentia vera debet operari mutationem seu emendationem hominis internam. Id ut intelligamus; sciendum est, quod sicut in statu originalis iustitiae, hoc est si Adamus non peccasset, omnes animi affectus, & corporis sensus domini rationis obedientissime fuissent subiecti; ita primava propterea culpa naturam nostram corruperit, & in illa excitavit inimicas passiones,

que sine quiete, & sine termino contra ratio- nem rebellant. Atque ab his passionibus venit illa proclivitas in malum, qua unus aliquis ad luxuriam, alius ad gulam, tertius ad iram, quartus in alia vita negligit acpropeudent, etque extra dubium, hanc proclivitatem ad malum per peccata actualia toties quoties ma- lis augeri & inflammari.

4. Quamquam autem he passiones iuxta Divum Bernardum ferm. 38. in Cant. alioque Patres deter- minari non possunt; hoc enim esset, hominem ex homine tollere, prout loquitur S. Hierony- mus Epist. ad Crespionem, possunt tamen per seriam voluntatem, per abnegationem sui ipsius, per opera penitentia competei, ac resistari. For- titudine opus est, ac generosa resolutione, una cum assiduita gratia Divinae, Intueamur Da- cum assiduita gratia Divinae, Intueamur Da- cum assiduita gratia Divinae, Intueamur Da- cum assiduita gratia Divinae, Intueamur Da-

videm potentissimum, ut supra insinuavi, exem- plum fortissimum, Rex bellis fatigatus, & hostibus undique circumfus in spelunca Odollam ve- raretur, ardentissima fide cruciatur: erupit ergo in hac desideria (2. Reg. 23.) O si quis mihi da- ret potum aquae de cisterna, qui est in Bethlehem; Hac petitio Davidis erat profus imprudens, & contra rationem; quia tunc temporis regio Bethleemitica, & consequenter etiam cisterna illa ab inimico Philistaeorum exercitu occupabatur: nihilominus forte fortissimi viri, qui Regis desi- deria audierant, illius amore animati armata manu per hostilia agmina paerantes, iterum- que remantes, concupitum aquam ad pedes Da- vidis feliciter atulerunt. Tunc invenit David inordinatam suam cupiditatem visum esse erube- scere, quia pretiosam hanc aquam, tam grand- millitum suorum periculo comparatam ne supre- mium quidem labris attigit, sed Domino Deo li- bavit. Nolo hic cum S. Ambrosio ap. Speranz. script. sel. punct. 108. discutere, cuiam fortitudi- nis laus magis competat, militibus afferentibus an Dividi profundi aquam: mea pace S. Do- ctor primas tribuit Regi; quia facilius est aliis quim inferre, quam sibi; ego cum Doctissimo Spe- ranza ex hoc Scriptura loco concludo, quod si- nistras passiones rationem quidem praevient, sed ratio passionibus resistit. Humanum quid pas- sus est David, ut irrationabiliter concupisceret; sed illud laudabile, quod irrationabilem concupiscentiam rationabiliter parato fraudaverit semel.

5. Nota hoc, mi Christiane, similem resisten- tiam contra inordinatas passiones, & quae exi- de consequatur internam animi mutationem exi- git a te penitentia; concupisti antea aquam; nunc studio mortificationis praelige stim: proclivis fuisti ad superbiam; nunc ama humiliatio- nem & contemptum tui ipsius: proclivis fuisti ad avaritiam; nunc pia liberalitate egenis fur- curre: proclivis fuisti ad luxuriam; nunc amo- rem castitatis cordi tuo implanta: proclivis fuisti ad gulam; nunc popinas, & compotatorium consortia tedulo declina: proclivis fuisti ad vindictam; nunc iniurias tibi illatas beneficis com- pensa. Et ut paucis absolvam: Deum tuum mul- toties offendisti; jam implacabile odium concipi-

pe adversus peccatum. Atque hoc forsitan est; quod Gentium Apollolus a te requirit verbis il- lis (Ephes. 4.) Renovamini Spiritu mentis vestre, & induite novum hominem; qua ratione autem novum hominem induere oportet? cape similitudinem ex S. Cyrillo Catech. 3. de ferpentibus dicitur, quod si tenerentur, per fissuram fer angulum fo- ramem petra intrare conituntur, & sic exiis veteri cute quasi novi, aut renovati apparent. Fissura hac petra aut angulum foramen conti- nentia est; hic exundi sunt pravi affectus, cu- riositate, respectus humani, amor societatis, intemperantia, proclivitas ad iram, ad gulam, ad luxuriam; exunda, inquam, hac sunt, ita, ut confessarius, Deus, & Angelus cu- stos, qui intima cordis perpecca habent, di- cere possint: Hic homo revera renovatus est spu- ite induit novum hominem, qui secundum Deum creatus est.

6. Dicis fortasse hoc esse valde arduum & vis non impossibile. Mi bone; possem tibi ad hac objectionem compendiose reponere verba S. Grego- rii ap. Lohner in Bibl. V. Penit. §. 1. n. 8. Quom vere penitent, laborum penitentia non abhorret. Verum quia lubet aliis ut argumentis, dico ti- bi; nulla est difficultas, quam divina virtutis industria tandem non superat. Audi quid Dren- delfius apud Weberum art. disc. font. 24. Ex. 8. insolitum enarrat. In Helvetia haud procul lu- comia habitabat Parochus, qui raro natura pro- digio hospites suos inter prendendum oblectare solebat: pulcem transvadentem in patinam, qua- certo loco saetebat; tam sibilu signum dabat, & mox e pavimento profliebat maulcus, inde e cavea adrolabat avicula, aliunde cum sele ad- ventabat canis; non seli canis, nec muri felis; nec mus via quidquam hostile facebat, fed ab- sumpto ex sua patina prandio quodlibet animal pacifice ad suum cubile redibat. Ne rillum me- facias, mi Christiane; propter ineptam & sim- plicem similitudinem de te dicere: poterunt haec animalia, ex natura sua divinivincim inimi- ca adeo currare, ut mira concordia, quasi ex una specie aut partu genita, pacem servaverint; poterit & tu, si serio velis, cum tempore & vir- tutis studio animales appetitus, & inimicas pas- siones adeo compellere, ut cum ratione, & Chri- stiana lege perfecte concordent. Vis nobilitura hu- jus rei exempla. Perlege Sanctorum vitas; vide- bis cum admiratione, quanta solitudine illi con- tra passiones bellum gesserint. S. Macarius, (Res- pignit. 2. p. 2. mir. 50.) quia a demone deceptus in impuram cogitationem confenserat, ut inla- stas peccati reliquias, videlet rebelles passiones debellare, quadraginta diebus ab omni cibo ab- stinentia seipsum castigavit, & porro per omnem vitam ea austeritate vixit, ut non tam omnem ab- stinentia seipsum castigavit, & porro per omnem vitam ea austeritate vixit, ut non tam omnem ab-

stinentia seipsum castigavit, & porro per omnem vitam ea austeritate vixit, ut non tam omnem ab- stinentia seipsum castigavit, & porro per omnem vitam ea austeritate vixit, ut non tam omnem ab-

ni affectus intractabilis, quippe ab omni vindicta adeoerat alienus, ut dicere soleret, siquis sibi oculos erueret, & succresceret alii, se tam amice infen- sissimum hostem intuiturum, quam benefactorem optimum. Sanctus Hilardon fame, S. Benedictus spinis, S. Franciscus nive, S. Bernardus gelida aqua, S. Stilites columna, alii alii pia crudeli- tatis invenit carnem edomuerunt, ut se con- tra inimicam passionum rebellionem securos redderent. O mi Christiane, amulare, quantum vales, has Sanctorum industriis, si vero peni- tentiam numero vis accendere: si enim post actam, in qua consistis, penitentiam tam dissolutus, tam oculis incautus, tam loquax impudens, tam gelofus, tam vindicativus, tam moribus im- modestus, ut antea appareas, indubitanter teneo, tuam penitentiam esse spuriam, esse coram Deo nullam, esse potius inferno, quam caelo dignam. Non ex me ita loquor, sed ex S. Chrolotomo, qui nostram in sensum enuanciat ferm. de compuncti cordis. Impossibile est, compunctum vigore in deliciis.

Quanto mutationem exteram in emendatione morum.

7. Jam dico secundo: Penitentia non tantum internam hominis mutationem, de qua haec tenus actam, operatur, fed etiam exteram; de qua modo ageretur. Non solum anima, sed etiam corpus emendationem ispirare debet. Quis huc quomodo? Nonnunquam cum duomalefactoribus eju- dem criminis rei capite plecti deberent, nec adesse, qui carnicibus munere fungi vellet, al- terutri vix gratia facta est, eo pacto, ut sua ipse manu litoris officium faceret, & promeri- tum de complice supplicium lumeret. Anima & corpus sunt ejuodem criminis rei; aequum igitur est, ut non solum anima per internam pas- sionum mortificationem castigetur, sed etiam cor- pus aliquid incommoipatiatur: vultque Domi- nus Deus, ut ipsa anima, cui propterea culpa veniam tribuit, iuste passionibus executionem vo- luecipiat. In qua autem corpore externe peniten- tiam ispirare potest? in eo respondet S. Augusti- nus c. de penit. §. mori in melius committit & a malofciti recedat.

8. Audis, mi Christiane; mores in melius commutandi sunt, ita ut ex ipso uti aspectu ne- mo non iudicare valeat, quod feriamegeris peni- tentiam, & deinceps meliorem vitam auspici- care decreveris. Si ergo antea in esu, in potu, in rilla, in colloquiis in gelibus dissolutus, ac- bus actionibus pudicam gravitatem praeterferas, hominum confortio, quantum fieri potest, te sub- ducas, & domi sanctae solitudinis affectas.

9. Quid loquor de solitudine, id maxime se- quiori lexui dictum volo; quia inter excursio- nes, inter vilitationes, inter evagationes, inter curiositates non minus periclitatur pudicitia, quam inter pedicas avicula. Duos lethali aegritudine decumbentes in Evangelio contemplot, servum centurionis, & Lazarum fratrem Martha & Mag- dalena: noli proderant pharmaca, nil Medico- rum consilia; uterque ager haud lentis gressibus

ad tamulum festinabat. Ixit ergo centurio (Mat- the. 8.) ad Christum Dei Filium, atque pro servi- valedudine suppliciter rogatus id imperavit, ut in illa hora sanatus sit puer. Quid autem agunt duae fores pro valedudine fratris? cen- turio seu epistolam mittunt, & Salvatorem cer- tiorum reddunt: Ecce, quem amas insignitum? (Joann. 11.) Sistite vos, Nobles Domicella; qua- rum est hac praesumptuosa audacia? quam firmi- fidus in fratrem amor? Nonne grandis est inur- bantans Christum per epistolam, ad internum- curiam interpellare? noone vestra foret obligatio, ut ad exemplum centurionis ipsismet Christum supplices conveniat; si Martha occupata est economiae curis, aut inferni servitio, est Mag- dalena, & prout alias solita est, pro fan- ctione fratris ad pedes Domini seprospicit. Ita ego dissero; sed aliter sentis Orator aureus: exeat, inquit, centurio, quia vir est; fores maneant domi, quia foemina sunt: non enim conveniens est, has in plateis & locis publicis circumvagari, idque singulariter delectet Mag- dalenam penitentiam, quia tristis experientia jam dudum didicit, quantum noceat illud videre, & videri. Audiamus verba S. Chrylostomi ap. Hug. Card. inc. 11. Joann. Cor fratres non conven- tiat ad Christum secus centurio; quoniam debent nu- lites diligenter, neque vagari. O mandata filiae, notate diligenter hanc doctrinam: si post per- actam penitentiam in plateis, in foro publico, in pristinis consortis, in choris, in nuptiarum solemnitatibus libere compareatis; signum est, quod nondum sitis electuquibus Magdalena, quae etiam pro miraculo censuit e domo non esse exe- undum: pudicitia gemma est, nullibi fecurior, quam si in capula lua concludatur. Dicis forte, te peregrinatum ire ad saumaturgam illam- imagine: O pretextum periculolum; vadis ad Ecclesiam distitam, ut quasas Christum & in- venies diabolum; vadis ad lucernas indulgenti- as, & animam multiplicatis sceleribus conta- mas: si tu in cubiculo tuo concludas benefi- cum illud a Deo exorares, pro quo peregrina- tum excurris, crede mihi, forsitan benignius, citiusque exaudienda esset.

10. Sed quid agendum domi, in solitudine, in angulis instar launi domestici. O si revera illud odium peccati, & amore castitatis, quem deberes, id corde haberes, ne tu certe de hac- re aliter sentires. Id agendum est domi, ut lecti- one pii libelli te occupes, catechismi & si- deli principia memorias mandes, infantem rudes- que in his intras, ordinem diurnum tibi ipsi decernas, de vice deinceps bene instituida cor- ripes, & cure sunt similia. S. Virgo Alexandra (S. Hier. Tr. 2. S. Actum. 2. tit. 1. p. 2. §. 4. ut la- quos, quos illi impudens juvenis tentavit, exi- deret, e paterna domo in eremum profugit; cumque a sancta Melania, quae ad illam post temporis intervallum invisit, interrogaretur, quomodo se haberet? quibus occupationibus diem perageret? reposuit: a summo mane usque ad horam novam orationi vaco: ab hora nona us-

que ad vespas nendo, & fila ducendo paucim
meam lucrari fatago: a vespertis usque ad cre-
pusculum vitas Sanctuorum perlego: sub crepu-
sculum modico effe reficior, tum Psalmos & pre-
ces decanto, & demum brevem somnum lassus
membris indulgeo. Sic, sic virgines vivere debent.

11. Quodsi vero negotiorum causa eorum so-
litudinem necessario desideranda, & in publicum
procedendum sit, mi Christiane, exiit a tevera
penitentia, ut sensum exteriorum, præsertim
oculorum curam, ac sollicitudinem quam maxi-
mam habeas, quia unicus objecti periculosi, aut
dedecentis aspectus animi ut innocenti aut
vere penitenti sæpe fuit principium aut occasio
irreparabilis ruing. Isofoeth filius Regis Saul
(2. Reg. 4. cum mortem dilecti sui belliducis Ab-
ner intellexerat, insolita consternatione obrutus
fuit; utque mororom quodammodo mitigaret,
sub meridiem in suo conclavi somnum cepit.
O miserande Princeps, quam infeliciter dormis,
naquam amplius evigilaturus! porta domus non
aut præsidio, quam ancilla otiosa; custodienda
est, quæ cum ob triticum purgaverat, tandem
labore lassata obdormit. Id observant duola-
trones, Baana & Rechab, qui lanceis pedibus
domum, ipsamque conclave lapsi Principis in-
gressi illum crudeliter occiderunt, abscissamque
caput secum deferentes fugerunt. Luctuosa tra-
gedia. S. Gregorius hanc locum Scripturæ mo-
raliter perpendens; per Principem Isofoeth in-
telligit humanam animam; per ancillam otia-
riam virtutem vigilantem, aut discretionis; per
portam domus quinque sensus corporis, & præ-
sertim oculos; per latrones infernales inimicos,
inquiens lib. 1. Mor. c. 18. cum discretionis soli-
tudo cessaverit, ad insensibilem animam malignis
spiritibus iter paratur. Christiana anima, vis con-
tra simile insorantiam, id est, contra spiritua-
lem mortem animæ esse securam? portas sensuum
& vel maxime oculos claude, atque otiarum
volo dicere, virtutem discretionis, aut, si mavis,
timorem Domini, semper fac esse vigilem ac-
colitiam: id mi feceris; cito latrones, puta lethali-
a peccata in domum animæ illabentur. Non mi-
hi credis? crede illis, qui suo damno hanc ve-
ritatem nobis testantur faciunt. (In libro cui titu-
lus, Via Viri in adolef. c. 7. §. 3.) Nobiliss adolefcentis
in Aultria erat, qui primævam Baptismi inno-
centiam hætenus ab omni graviore lapsu im-
mune conservaverat, & inter coetaneos, qui
exemplar modestiæ habebatur. Ad ordinem Re-
ligiosum susceptus erat; altera die ad sacrum
tyrocinium evolutus. Convenerant in domum
paternam amici ultimam vale dicturi, inter hos
erant juvenes puellæ: editur, bibitur, & remo-
tus mensis in choreas convolvatur. Ibi bonus ad-
ulescens liberiori ocalorum commercio indulgens
discere cepit, quod hætenus nesciit, & senti-
re, quod hætenus non sensit. Sed non abruptis
omnia; itur dormitum. Altera die adulto jam
mane adulescens non furgere, nomine compell-
latus non respondere, tractus nullam vitæ si-

guam edere: verbo, cadaver erat. Quis dolens
Patrem, omnemque familiam est casu tam inop-
inipatit afflixerit, cogitatu, qui celo novum,
cilium est: nemo tamen fatis, qui celo novum,
quævivino, quod agere post lapsum debeat. Eneui;
ut rebatur; angelum non gratulatus est. Eneui;
quam diversa sunt Dei judicia a judicis homi-
num. Sacerdos Professor, qui juvenem in scho-
lis erudierat, immaturam discipuli sui mortem
deplorans nil prius habuit, quam ut picualere
sacrificium pro defuncti anima faceret, si forte
ob leviores culpas obtulitum salutis haberet.
Id dum agit, & ad facrarum preperat, adven-
tit sibi janam terque quaterque aperta, motus
magna vi præcludi. Horrore corpeus Patrem col-
ligit animum, & generose occultum remorem in-
dicat: In virtute Christi adjuro te, die quis
clamat: Et cujus rei causa hæc accesserit. Ah Pater,
sis, & cujus rei causa hæc accesserit. Ah Pater,
ait gemebunda vox, Ah Pater: anima discipuli
tui sum hæc nocte defuncta. Et Pater: Auxilium
petis? quod illud? Eneui, juvare non potes ani-
mam æternam damnatam. Virtutum exemplar,
subiunctum Pater, & adolefcentum innocentissimus
fuit; qui fieri potuit, ut e celis æternam sis
exul? Eneui me; veraciter: cum in Baptismo
gratiam accepi, usque ad hæteram noctem nun-
quam graviore peccato amisi, fed epularum fa-
tur inter choreas vidi & audi, qui non de-
bueram, dein ubi cubitum concessi ladente pen-
tato, recruduerunt visarum forumam imagine,
placuerant illecebræ, quas nonnumquam audita
perceperam; decrevi postero die, antequam a
mundo me omnino avellerem, experiri delicias
hætenus nunquam gustatas. Sic cum in defecta-
tationem hæc confenssem, obdormi; in somno
rupta est mihi venia, spui sanguinem, & quia
copia obruebar, antequam me delicti puniret,
suslocatus, ac iusto Dei iudicio condemnatus
sum. O si juvenis iste otiosus transisset, ab in-
cantis aspectibus sibi temperasset, forsitan per om-
nem vitam ab omni lethali delicto immunis man-
sisset, & qui inter damones ardet, inter Sanctos
in celestis gloria fulgeret. Imprudens est, quisquis
alieno damno cautus fieri, & sensuum, præcipue
oculorum libertatem coercere non addidit, &c.

12. Epulosus. Jam ad coronidem. Cæci viderunt,
claudi ambulavit, surdi audierunt; id est, qui tæneis erant
cæci & in tenebris sedebant, jam viso solis lumine
gaudent; qui tæneis erant claudi, jam viso solis lumine
antea erant surdi, & nihil loquelæ percipiebant,
jam perfecto auditu fruuntur. Prodigiosa mutatio.
Talem mutationem, mi Christiane, exiit a te
vera penitentia: mutari debes intere, ita
ut, qui antea fuisi passionum tuarum mancipium,
jam sis fortissimus victor; mutari debes exter-
ne, ut, qui antea tua moram immo destitisti omni-
bus scandalo, jam sis omnibus adificationi. Nil
igitur aliud superest, nisi ut cum Devotissimo Kem-
penfi te exhortet: de imit. Chr. l. 1. c. 25. Eja
ebarrissime, stude nunc taliter vivere, ut in hora mor-
tis nullens gaudere patius, quam tunc: non cessas
vixisse corpus tuum per penitentiam, ut tunc certam va-
leas habere corpulentiam. Ah; sum homo fragi-
lis;

lis; prævideo, me iterum lapsurum. Hanc que-
relam Monachus quidam ad Abbatem Silvem
detulit, (Vita Patrum ap. Patr. Saueche. p. 4.)
quævivino, quod agere post lapsum debeat.
Audivite ab eo: Surge; cumque subficeret
Monachus, he surrexisset, & iterum cecidisset,
repositus Silves: Iterum furs; Et quoties sur-
gendam esse? Donec mors, ajebat Abbas, aut
stantem te, aut jacentem inveniat. Avertat Deus
istud jacere & det omnibus nobis illud stare, quod
ex toto corde exopto. Amen.

Dominica III. Adventus.
CONCEPTUS III.

Desumdo effectum seu fructum vera Penitentis, vide-
lice victoria malæ consuetudinis.

Dirigite viam Domini. Joan. 1.

Reccatis facim respiciendum est, ne, in consuetudi-
nem invalescant.

1. Alacritas barbaras ac gentilis populus erant
primi, qui Israelitis ex Ægyptiaca ser-
vitude in partium redemptibus armata manu ob-
siterunt: quo fado gemini mali causa, & origo
fuerit; inprimis enim id effecerunt, ut mul-
ti Israelitarum in Ægyptum redire desiderant;
deinde pessimo hoc exemplo ceteros gen-
tiles populos per circuitum animarunt, ut &
illi Israelitas cruentis bellis aggredi, & perse-
qui sint ausi. Quamprimum ergo Rex Saul Is-
raeliticum thronum ascendit, (1. Reg. 15.)
præcepit illi Deus ut in vindictam tanti cri-
minis collecto exercitu inimicam gentem, a
cuius Rege fuo Agag extirparet, & nec viris,
nec mulieribus, nec pueris, ipsis etiam jume-
ntis vitæ gratiam fieret. Rex Saul excecus est
quidem mandata Dei; non tamen adeo ad amul-
sum, ut non Regi Agag ejusque filii perpe-
rit; fuitque illud inobedienciæ crimen adeo gra-
ve, ut propterea Saul a Deo temporaliter, &
æternum reprobatum fit. Subsisto hic admiran-
dus, & quero, cur Dominus Deus Amalecti-
cum non solum viris, sed etiam pueros inter-
fici præcepit? Cædo ideo, ne etiam invale-
rent, & cum tempore arreptis armis stragem
forum patrum ulciscerentur. Parem in mo-
dum peccata, ut ita dicam, in juvenute dum
adhuc debilia sunt, opprimi debent, ne dum
nimis crescant, & roborantur, sustinenda
sint. Verum ne meis conceptibus, insuperabilia
fuerint, hæc Historiam scripturiticam allegorice
exponeus Adulescens Speranza script. fel. pan. 108.
per Amalecitas intelligit lethales noxas,
quæ utique homini Christiano ad celestem pa-
triam itinerant obstant; per pueros & jume-
nta intelligit brutales appetitus, inimicas passio-
nes, & pravos consuetudines, quæ licet ex se
peccata non sint, in peccata tamen facile in-
valescunt. Quemadmodum igitur Deus Regi
Saul præcepit, ut Amalecitas, & quidquid Ama-
lectitarum erat, abique misericordia deleteret;
ita vult Deus, ut Christianus vere penitens

non solum peccatis, sed his omnibus delictis,
quæ peccato cognata sunt, operam adhiberet.
Maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine,
ait hanc in rem Jeremias Propheta, c. 48. supra
quæ verba Auctor paulo ante citatus: lo-
cut. Maledictus, qui hostes suos, affectus mortifi-
cationis gladio non insequitur, non cadit, sed vi-
vere pastur, ac dominari.

Consuetudo enim malæ violenter rapit animum ad nefas.

2. Præstigio. Ante oculum auditivum, quod
penitentia mutationem hominis tam quoad do-
minium passionum internarum, quam quoad
custodiam sensuum exteriorum post se trahere
debat: Hodie audiemus eandem cautelam ad-
hibendam esse penitenti contra pravam consue-
tudinem, quæ a passionibus animi & sensuum
rebellionem in eo solam differt, quod illa sint
hostis naturæ corruptæ congenitus, ista acquisi-
tus. Quamquam autem de quavis consuetudine
indiscriminatum loquar, uti de consuetudine
jurandi, blasphemandi, ludendi, inebriandi;
maxime tamen dicta omnia intellecta volo de
consuetudine in materia turpi, sive secum ipso
obscure cum alia persona peccatum fiat. Quis-
quis Deum amat, peccatum debet odire, quod
quod peccatum odit, averfari etiam debet ea
omni a, quæ ad peccatum ducant, inter quæ
vel maxime est mala consuetudo: propterea ra-
tiones dabo, propter quas vere penitenti sum-
mopere necessarium est, ut vires omnes adhi-
beat debellandæ malæ consuetudini. O mei pec-
catores, acclamo vobis cum Dominico Præcur-
sore: Dirigite viam Domini per penitentiam, a
qua abiistis per peccatum. Favete.

§. I.

3. Confirmatio. Prima ratio propter quam pec-
cator vere penitens vires omnes impendere de-
bet ad debellandam consuetudinem, est, quia
tam potenter afficit animum, ut in naturam
videatur degenerasse iuxta tritum axioma: con-
suetudo est altera natura. Quemadmodum igitur
homo illa actiones omittit nequam quæ po-
test, quas natura exigit, ut edere, bibere, dor-
mire; ita si consuetudo peccati inimicam in-
valuerit, videbitur homini quasi necessarium esse
peccare: ita expresse S. Chrysolomus, cujus
verba sunt: in 2. ad Cor. c. 4. Magna est con-
suetudo tyrannus, adeoque magna, ut perinde cogat
ac natura.

4. Alia similitudine Spiritus sanctus hanc ty-
rannidem nobis proponit apud Jeremiam: c. 13.
si mutare possis virtutem vellum serm, aut paries
varietatis suæ; Et nos poteritis bene facere, non
didicistis malum: sumamus æthiopes, aut leo-
pardum, atque utrumque sapone, aceto & sul-
phure conatu maximo lavemus: irritus erit la-
bor, nec ille nigrescent, nec iste maculas muta-
bit: ad mutationem hanc necesse erit, ut utrius-
que ipsa pellis detrahatur: sic loquitur hanc in rem
Mellissius Doctör: ferm. 9. in Cant. sunt aliqui,
qui quasi cute quadam aliqua prava involuti sunt con-
suetudine, ut illam dediscere, & desuscire non
possunt.

sum su scilicet, quam exorari. Eandem in sen-
 tum differit sanctus Gregorius Naz. orat. contr.
 Jul. Cum enim Sancto Patri ab aliquibus spes
 fieret, fore, ut impius Imperator Julianus, qui
 a fide turpiter apostataverat, & Ecclesiam ty-
 rannice persecutus fuerat, fore, inquam, ut
 rannice persecutus fuerat, fore, inquam, ut
 hinc converteretur, respouit: *Natura non patri-
 tur, ut vel Sardus distinctis macularum notis, vel
 Julianus improbitatem abiciat.*

5. Quin immo, ut cum S. Ambrosio loquar,
 adeo violenta res est consuetudo, ut naturam
 non tantum exaquet, sed omnino etiam superet.
 Assertum hoc probo per exemplum & experi-
 entiam Israelitarum, de quibus jam supra memi-
 nimus. Ex tempore, quo ex Aegyptio man-
 cipatu liberati versus patriam peregrinabantur,
 (Exod. 16.) Dominus Deus singulari providentia
 panis illos coelestis pane, seu Manna, quod uberi-
 me de coelis instat pluvie cadebat, erat panis
 sibi suavissimus, & tamen Israelitae minime con-
 tenti fiebant, suspirabant, ac tristabantur. Qua-
 re? quia cepas & allia, quibus in Aegypto ve-
 scabantur, avidissime desiderabant. Jam provo-
 co ad naturale lumen, & ad omnium gentium
 sensum. diat mihi quisvis intellectus utitur,
 an non panis, praeteritum Manna, quod teste scri-
 ptura omnem dulcedinem continebat, sit lapidi-
 osus cibus, quam cepas & allia? Est utique; quia
 haec sunt edulia eraria, spirant ingratum fetore-
 rem, gravant stomachum, & nocent sanitati:
 cur ergo Israelitae haec praerulerunt panis coelestis
 cur ita praerulerunt, ut millest crudorem cibum
 devorare in vinculis, & labore, quam sapidiorem
 in libertate & quiete? Respondeo verbis au-
 ret Oratoris Hom. 7. in 1. Corinth. propter asse-
 rum Judaei Manna habentes quarebant allia Aegy-
 ptii: orexis & palatum miserorum hominum ex
 diuturno multorum anorum estu erat adeo cor-
 ruptum, ut meliora nascerentur, deteriora elige-
 rent: ita docet S. Chrysostomus, & denique ex-
 clamat: *Adeo tyrannica res est consuetudo.* Quod
 Israelitis, idipsum evenit peccatoribus: agnoscant
 quidem, suomet intellectu convicit, virtutem
 eam pura conscientia esse incomparabiliter dulcior-
 em, quam jussum peccati, & tamen hoc praeli-
 gunt: quare? propter consuetudinem. Dico, praeli-
 gunt, sed melius forsitan dicere, quod con-
 tra suammet naturam inclinationem quasi vi rapi-
 untur; & ita revera fit. Est aliquis ex natura
 sua temperans; & tamen ex compositionum frequen-
 tia fit gastrimargus: est alius ex natura sua
 mansuetus; & tamen ex jurgis aliquoties repeti-
 tis fit bellicosus ac intolerabilis: est tertius ex
 natura sua castus; & tamen ex contraria illa
 familiaritate fit procax & impudens: qua de causa
 propter consuetudinem; & haec consuetudo
 per iteratos relapsus in idem peccatum toties,
 quoties magis firmatur, ac radicatur, ita ut homi-
 nem etiam contra voluntatem nonnumquam in
 nefas pertrahat. Nunquam vidistis agrum lethargo
 oppressum? ejusmodi agrorum, est mille ex-
 pergent, & milies iterum obdormiscit. Ita sicum
 consuetudinarius: est serio ad emendationem

aspirent, tamen ad nefas vi consuetudinis re-
 trahuntur. Negare id non possunt peccatores, quia
 loco omnium factus est Augustinus L. 8. Confess.
 c. 5. in juvenute molem male consuetudinis
 tyris expertus: *Cogitatione; quibus modior in-
 te, similes erant conatibus expurgit volentium.* Sed
 de hoc plura in altero puncto.

§. II. Facit obstinatum in malo.

6. Altera ratio, propter quam peccator vere
 poenitens vires omnes impendere debet ad de-
 bellandam consuetudinem, est ista, quia animum
 hominis, quem occupaverit, in malo prorsus ob-
 stinatum ac insensibilem reddit. Qui ad ostia
 Nili, aut ad praecipitia alterius fluminis, quae
 cadaevum vocantur, habitant ubi aqua estum-
 pum apice in subiectum alveum delabi-
 tur; immensum aquarum strepitum adeo non cur-
 rant, ut secures sibi dormiant, comedat & la-
 centur. Eandem in morem qui in eadem pec-
 cata frequenter relabuntur, atque in his rela-
 psibus inveterate incipiunt, adeo obstinate in-
 surdescunt, ut concionatorum, confessorum
 ipsiusque conscientia clamores non amplius at-
 tendant. Vultis scire, quibus gradibus ad hanc
 obstinaciam eatur? consulamus scripturam.

7. Regius Psalmista David de peccatoribus
 ait (Psal. 11.) *In circuitu impij ambulans.* Est mi-
 rabile assertum: cur enim dicuntur impij am-
 bulare in circuitu, cum e diverso de homine ju-
 sto asseratur, quod Dominus illum deducat per
 vias rectas? Explicemus rem similitudine. Dicite:
 de nunquam venistis in torcularium sulconicum,
 ubi tela lineae terendo perpoliuntur? ubi ciberni-
 sum equum obligatis oculis, aut omnino cocum,
 qui molem torcularium movere, in continuo cir-
 culo ambulare: eo ipso autem, licet sine fine am-
 bules, nunquam tamen ulterius progreditur, sed
 redit unde exiit, incipit ubi desinit; sic impij,
 id est consuetudinarii in circuitu ambulantes: ab
 uno scelere ad aliud progrediuntur; immo ex-
 confessionali ad pristinum scelus, a scelere ad con-
 fessionalem eunt & redeunt, atque sic in virtute
 ac salutis femita ne uno quidem gressu progre-
 diuntur. Utamur alia similitudine: accipe lapil-
 lum, eumque in aquam flagrantem v. g. viva-
 rum inlce; videbis ad lapsum in aqua for-
 mari circumulum, tum semper majorem ac am-
 plioiorem, donec ejusmodi circuli per totum
 qua lato patet sagnum, extendantur. Recte Hus-
 tificus Princeps (Job. 41.) de peccatore inveterato
 enunciat: *Cor ejus indurabitur tanquam lapis.*
 Quo quoque circulos causas infelix hic lapis: a peccato
 minore ad majus, a majore ad maximum
 procedit, & sic peccata peccatis tanta multitu-
 dine accumulatur, ut tandem tota illius vita vi-
 tiosus ejusmodi circulis repleatur. Audiamus,
 quomodo S. Bernardus hos circulos describit:
 loquitur de peccatore, qui sensum sine sensu de
 malo in pejus, id est de peccato in peccatum
 progreditur, & ait L. 1. de Confess. *Primum pec-
 catum tibi importabile videbitur, processu temporis, se-
 cussens, non judicabis adeo grave, paulo post ex-
 lantius.*

sentis, paulo post me sentis, paulo post etiam de-
 lectabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur. O
 terribiles circuli, quibus pergitur in infernum.
 8. Non possunt me continere, quia diabolus
 his similitudinibus sermum addidit, ut eo lucu-
 ce ergastulo contum & quinquaginta diebus ar-
 dituit, (Gen. 8.) emittit duas aves, exploraturas,
 utrum immittis diluvii aquae montium cacu-
 mina apparere inciperent, videlicet columbas,
 & corvum; illa, cum non invenit, ubi pedem
 figeret, ad Noemum in arcam rediit; iste vero,
 quia in cadaveribus circumcirca nantibus si-
 bi pabulum degustavit, omnino emansit; porro
 quae fors deinceps columbam haberet, ex scri-
 ptura satis patet; fuit nimirum a Noemo una
 cum caeteris animalibus usque ad finem dilu-
 vii amanter nutrita: quid autem corvo evenit?
 id ex scriptura clare non liquet; putat tamen
 Cajet. ap. Spen. script. sel. p. 39. cum tandem
 aquis fuisse submersum; sed quare? quia exi-
 vit secundo & rediens; vult dicere; quia cor-
 vus liberrimo volatu nunc ex arca exhibit, nunc
 redibat, nunc iterum ad cadavera, mox iterum
 ad arcam, & deuo ad notum sibi pabulum,
 alterna insubilitate volitabat, denum fluctibus
 haustus & suffocatus est. Cornelius a Lapide in
 Gen. 8. per gementem columbam intelligit ve-
 re poenitens, qui post lapsum statim in arcam
 redeunt, per corvum intelligit peccatores, qui
 poenitentiam deserunt, & periculosissimum cras
 vras cruciant; illi temeraria varietate nunc in
 arca, id est, in Dei gratia, nunc extra arcam,
 id est extra Dei gratiam vivunt; hodie Deo,
 cras diabolo serviant; hodie panem coelestem
 comedunt, cras iterum ad cadavera redeunt;
 quid tandem fiet? exeunt & redeunt, atque ita
 pereunt. Talis corvus erat ille Nobilis Patavi-
 nus de quo Pater Carolus Rossignolus ubi su-
 pra sequentem historiam enarrat.

11. Nobilis iste familiaritatem contraxerat cum
 sui furoris puella, quam adeo deperibat, ut si-
 ne illa commorari maximum sibi tormentum da-
 ceret: cum ergo in domo illius suspeco & tem-
 pore & modo habitaret, amici & conlanguei
 illum a pudenda conversatione dehortari, media
 etiam omnia ad dissonandum familiaritatem adhi-
 bere conserunt. Verum pubesco fusciano fabul: per-
 exit ille non absque publico scandalo cum
 corvis cadaver elurire, idque tamdiu, donec Deus
 ad justissimum iram provocatus juvenem gravi
 agitudine lecto affixit: crevit de die in diem
 acuta febris; ideo domestici & coxtanei suade-
 bant, ut perceptione Sacramentorum sibi de-
 salute consuleret: audebat haec hortamenta juve-
 nis, eaque iterata tergiversatione eludebat, in-
 quiens, necdum esse periculum, cras, cras se
 conscientiam expiaturum. Interim sine mora ad-
 ducitur Religiosus Dei Sacerdos, qui inter sa-
 luberrima monita agrotantis in faciem edixit,
 conclamatum esse a Medicis, moriendum esse;
 non desest igitur tempori in extremo dama-
 nationis periculo: non fueret se decipi se lon-
 gioris vitae, has esse deceptiones diaboli, sciret
 nul-

§. III. Est ordinarius infelicem mortem post setrabit.

9. Tertia denique ratio, propter quam pec-
 cator vere poenitens vires omnes impendere de-
 bet ad debellandam consuetudinem, est illa;

nullam securitatem effugiam, ubi ageretur de aternitate, intueretur Crucifixum, ac spem in illius meritis conciperet; quia Benignissimus Redemptor ex panis brachiis poenitentem ejus animam expectaret &c. Quid ad hac ager? obtinuit; imo fiderato similis in alteram partem fe vertit; atque pro eo, quod Crucifixi imaginem intueri deberet, oculos jam in picturam a pariete pendentem immobiliter defigit, quasi ab hac icone infirmi cordis confortamentum emendicaturus: interdum hanc picturam blandu ristu distuaviabatur; interdum truncatis vocibus venerabat; & tandem collectis, in lecto sese corpori supererant, virtutibus capitis venerabat, & quomodo inclinatio ambas manus extendebat, & quomodo circumstantes; & quid sibi vellent hi affectus & gestus, unus ex altero fescitabatur: inficis omnibus reposuit & famulatio unus: Mhi notum, exploratumque est, quod Dominus meus hanc iconem valde estimavit, coram hac compluribus horis stabat, hanc contemplantur, eique blandiebatur; proinde non dubito, si pictura in manus illi daretur, eum respiciatur, aut omnino convalliturum. Approbavere omnes consilium; sumitur tabella de pariete, porrigitur agrotto, & ecce: hic fe totum recolligit, amplexatur affectuato iconem, illic mille basta imprimit: verum eheu! natura mho exhausta impar erat ferenda affectuum intensio: juvenis huius animi corporique motibus defatigatus in grave deliquium labitur, & in momento expirat. Tum enim vero amici damnarant suum consilium, & ante omnia indagatur, cuiusnam illa imago esset. Et eheu! loquar an taceam: compierent esse ectypon illius pellicis, quam juvenis turpiter adamaverat, adeo subdole tamen pictum, ut dubium aspicientibus relinquere, sancta an profana esset pictura; id quod juvenis ordinaverat, a celandum fuit amoris commercium. Quis lucius, quæ confertatio fuerit præsentium, non exprimo, sed culibet cogitandum relinquo, id unum exclamans. O infelicem mortem consuetudinariam. &c.

12. *Epi-logus.* O infelicem mortem consuetudinariam. Hac exclamacione corionidem hodierno sermoni ampono, & te, mi peccator, perlatus tue amore rogo verbis illis Ecclesiastici: c. 21. *Fili peccati non adicias iterum, sed de peccatis deprecare, ut tibi dimittantur;* id est, statim sine mora poenitentiam age, ne peccatum radices agat, & in consuetudinem excrecat: id enim fit fiat, tam violenter ad nefas quam ipsa natura ad suas acciones, trahat: id fit fiat, consuetudo animam tuam in malo profus obstinatum efficiat: id fit fiat, infelicem ac desperandam mortem tibi causabit. Atque ex his rationibus demum desumere poteris, quod inficis probandum fuisse; quam necessarium fit vere poenitentiam purgare contra consuetudinem; idque certe impensibile prestare debes ideo,

quia res tibi est non contra hostem extraneum, quem fuga eludere facile potes, sed contra domesticum, quem semper tecum portas, nempe te ipsum. Si aias, quoties lapsus fuim, aculavi me in sacro confessionis iudicio. Bene quidem; verum fit postliminio nulla sublequatur emendatio, nulla cautela, nullus vincenda consuetudinis conatus, ita ut ab ultima confessione toties, quoties antea, aut sapius relabaris, consequenter sis ex illorum stultorum numero, pro loquitur Spiritus sanctus per os facti Proverbia, *qui quasi per visum operatur scelus,* figuram est, tuam confessionem ac poenitentiam deo proposito fuisse destitutam, adeoque coram deo nullam. Hinc omnes Aiceta & Doctores universim docent, eiusmodi consuetudinariam, quæ iteratis lapsibus sine ulla emendatione ter, quater, quinque, aut septus ad sacrum tribunal redcat; tamquam sacrilegum aut male dispositum sacramentali absolutione destitutum, & suspendendum esse, quædam feriam emendandi voluntatem offenderit. Eheu; quia ratione pugnabo contra me ipsum? quibus remediis utar ad superandam consuetudinem? Interroga conscientie arbitrum; ille tibi remedia fatius superque subministrabit: Talia remedia sunt ferius timor Domini, frequens Sacramentorum usus, electio Confessarii perpetui, invocatio certis altius Sancti, præsertim beatissimi Dei Genitricis, & quod singulariter tibi suadeo, voluntaria castigacione in eventum relapsus sponte suscepta. Quondam Nobilis quidam lufus vadeo deditus in confessione fe acculabat de juramentis & blasphemis, quarum consuetudinem contraxisset: Quæstus est, quo numero blasphemasset, & reposuit: eo numero, qui capillos capitis mei adæquat. Max prudens Confessarius illi præcepit, ut quoties deinceps eo vitio laberetur, toties sibi e castare capillum evelleret. Adhibuit juvenis hoc remedium; verum metuens, ne brevi tempore calveceret, tanta industria juramentis consuetudinem domuit, ut eam intra modicum temporis spatium totam exerit. Tum enim vero sapius seipsum alloqui solebat: Potui me ipsum vincere ad conservandam capitis castitatem; cur non possim ad conservandam animam? Nota tibi, mi Christiane tam excellens remedium; deprecare in te ipsum tunc sententiam: Quoties relapsus deinceps faceris; toties genulexus orationem Dominicam recitabo, toties a lapidore cibo abstinebo, toties crucigerum egenis impertiar, & que sunt similia; atque sic ego dicam de te, quod serio cum Deo agas, & vere poenitentium numero accenseri merearis. Amen.

Domi-

Dominica IV. Adventus.
CONCEPTUS IV.

De virtute effluu seu fructu poenitentia, videlicet fuga mala occasione.

Prædicans Baptifimum Poenitentia in remissionem peccatorum. Luc. 3.

Sicut sanctus Joannes mundum fugit.

1. **O**mnia, quæ de sancto Joanne Baptista in vite illius descriptione leguntur, sunt admiratio dignissima. Mirabilis fuit ejus natiuitas, mirabilis vite austeritas, mirabilis in reprehendis vitis constantia, mirabilis in morte fortitudo. Illud tamen, ut opinor, præ cæteris admirandum venit, quod necdum infantiam egressus, jam in tenerimo, id est quinto ætatis anno derelicta domo paterna in cretum concesserit; ibi maluit inter feras quam inter homines delitescere, ibi melle & locustis inter cibo & potu, pelle camelina pro veste, terra pro lecto usque inter insolite sanctitatis exercitia aculevit, & lapsu temporis prædicavit baptifimum poenitentia in remissionem peccatorum. (Luc. 3.) Quis mihi jam dixerit, quæ causa fuerit tam præcoci fuge? cur tenellus puer e mundi consortio tam mature fe propiciuit? Ut brevis sim, & viam statim hodierno sermonei sternam, dico, idem fe propiciuit, ne vitiorum contagium diluturum mora contraheret, quæ in fcelerato mundo plenis vitiis dominatur; ita non ex me loquor, sed ex S. Egidio Seraphici Francisci spirituali fite: ille ad hanc ipsam questionem circa austeritatem sancti Joannis, & poenitentiam jam teneris annis inchoatam reposuit: *(Ansal. Fran. ap. Picinell. mund. symbol. 3. n. 430. Sicut carnes conduntur sale, ne putrescant; ita corpus Baptista conditum fuit poenitentia.* Hæc cum ita sint, & Reatorum Beatissimus jam in materno utero sanctificatus mundum immundum fugerit, ne fceleratis illius moribus conquinaretur; quantum magis necessarium est, ut homo infirmus, lallilis, infabilis, & jam sepe lapsus in turpissima peccata prolapsus fugiat mundana confortia, & pravos occasiones. Occasio est illigio, quæ etiam innocentes commaculat: occasio est laqueus, quo etiam poenitentes ad nefas retrahuntur: occasio scopulus est, ad quem etiam Sancti naufragium passi sunt: occasio, ut paucis omnia absolvam, ipso demone peior est, quia demon pervertere & in infernum demerere non potest animas, nisi mediante occasione. Ita declinanda est peccati occasio.

2. **Proposio.** Dilectissimi, agimas de fructibus seu effectibus vere poenitentia, inter quos ultimo reputativus feriam mutationem hominis, & victoriam male consuetudinis. Hodiè dico, fugam pravæ occasiois adeo poenitenti esse necessariam, ut ibi ista deficit, signum fit evidens, poenitentiam esse nullam, esse facilligam, esse inferno potius quam calo dignam. Ratio hujus rei est convincens; fit enim iuxta estatum Auguttini ap. Lohm. Bibli. tit. præit. 5. l.

n. 7. *inanis est poenitentia, quam sequens culpa est inquinat;* sequitur inane esse poenitentiam redeuntium ad pristinas occasiones, quia hoc ipsum redire ad pristinas occasiones, jam est culpa & grave inquinamentum anime; id quod ex decursu sermonis clarius patebit. Attendite; Favete; præsertim proxima.

3. **Confirmatio.** Ut dicta & dicenda probe intelligas, quæres fortasse, quid nomine occasiois hic veniat? Respondendo occasionem peccati bifariam sumi a Doctores, remotam unam, alteram proximam; remota est, quæ obstante fragillitate humana plures evadunt quam cadunt; & hanc vulgo peccati reatu non teneris, cæteris paribus declinare; quamquam enim v.g. status cauponis aut fiduciosi periculosior fit, quam Religiosi; nemo tamen lege Divina obstringitur, ut ex cauponem aut fiducie fiat Cauponicus. Occasio proxima, de qua proprie nobis sermo, illa est, quæ attempta fragillitate humana plures cadunt, quam evadunt. aut si fideriam prædicat tibi ipsi applicare velis; occasio proxima (loquor cum Sanchezio in Decal. l. 1. c. 8. n. 1, & Suarezio) de poenitente disput. 32. sect. 4. n. 4. est, quæ frequenter induci soles ad committendum peccatum. v.g. verfaris in domo cum persona alterius sexus, cum qua turpem familiaritatem contraxisti; pergis in cauponem, & qua nunquam nisi ebrius redis; vadis ad consortium luforum, ubi in iteratis blasphemias erumpere soles; evagaris noctu ad illicitam personam, cum qua obicuum colloquor, aut actuum commercium jam diu habes. Hæc sunt occasiones a lege Divina sub infernalis supplicii reatu interdictæ, & poenitenti, siquidem vere talis esse velit, absolute necessario fugienda. Jam his præmissis ad probationem. Natura brutus pecudes, & expertia rationis animalia ad evitandas infidias, periculaque mira facagitate donavit, exempla hujus rei habemus plurima, eaque admiranda: Avicula, præsertim Pari, cum bifurcatum illum baculum aut viscosas virgulas evalerit, adeo ad talem locum illum non revertuntur, ut etiam alios volucrescenti ac strepitu advertant. Pitius l. 8. cap. 30. scribit de duabus avibus, quod cum in angulo tenuique poate sibi invicem obdaverint, una fe supra pontem profuaverit, ut altera supra ipfam tranfret. Vulpes cum congelatam amnem tranfret, prius aurem glacie admoveat, & ex auditu vel non auditu aquarum fluxu de fisis crastite judicat, ut secure tranfite possit. Simia cum a Lynceus aut usis repente occupatur, nec fuga sibi amplius consuevit possant, in terram prone mortuus fe simulat. Lupi agilitas aut scopetis aliquid faucati atequm sylvam ingrediuntur totam circumcunt, & venatorum vestigia odorat explorant. Tæceo plura hujusmodi alius paradigmata, & utor verbis antiquissimi Latantii l. 7. c. 24. *Animalia cum fraude desipiunt, sed postmodum caute, vitantque ea omnia, in quibus dolos, insidiasque possunt; se homines poenitentia carum ac diligentem facit ad evitanda peccata.*

peccata, in qua semel fraude deciderit. Mi peccator, quod pedice sunt volucris, quod lynces sunt fomis, id tibi haecenus fuit scelerata illa domus tua persona, quae in fornicam fecerunt hanc animam, & vis non in ipso infernale Exarthrum te demerit: si ergo caute aut prudentia vel ipsis animalibus communi frueris, fuge deinceps periculum, & non reiciendas de novo in malum malorum omnium gravissimum, nempe peccatum.

Id quod probatur testimonio Scripturae.

4. Atque haec caute non tantum est de consilio, sed de precepto, utpote quam Dominus Deus in poenitentibus tanquam signum verae ac sinceræ poenitentiae nunquam non requirit: dicam confessionem de novo in illis occasibus habet, in quibus ante cecidit; dicam sine hesitatione, illum apud Dominum Deum non in iudicium, sed peccatum, non in electorum, sed damnatorum catalogo descriptum haberi; quia prout supra jam insinuaui poenitentia illius spuria & nulla est. Inter omnes Reges, qui septimum Israelii tenuerunt, nullus encomium majus retulit, quam prius Rex Josias; de illo enim dicit Scriptura: (4. Reg. 23.) *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui revertetur ad Dominum in toto corde suo, & in tota anima sua, & in universa virtute sua.* Proh quantum elogium! quid ergo fecit Josias? quo testimonio comprobavit perfectam conversionem suam ad Deum? an oculos ex lacrymarum abundantia perdidit? an esurie & abstinentia corpus ad extremam maciem redegit? an veste ciliciana loco purpuræ utas est? Nihil horum; *Pythones, Ariolos, & figuras idolorum, & abominaciones, & qua fuerunt in terra Juda & Jerusalem abstulit* - quibus verbis Scriptura innuit, ceteros Reges, qui ante Josiam regnarunt, non ex toto corde suo, non ex tota anima sua, non ex universa virtute sua reversos esse ad Dominum, quia, licet de commissis idololatriæ criminibus poenitentiam gererent, figuræ tamen idolorum, id est occasiones idololatriæ non destruxerunt, quas solus destruxit Josias. *Hæc, hæc est perfecta poenitentia, non relinquere figuram, & vestigium peccati, exclamari hec Doctissimus Speranz; script. sel. punct. 107. Mi Christiane, fac quiddam lubet, ora, sejana, elemosynas largire, confiteri, necdum te mihi probas, non credo te serio poenituisse: verum si videam, quod figuras idolorum & abominaciones, id est occasiones tollas; si videam, quod janam illi persone in faciem occludas; si videam quod clamanti illi fenestram non amplius aperias; si videam quod nodum non amplius a domo excurras; si videam quod maledictas ades illas non amplius subintres; si videam quod e familiarit, in quo abique delicto morari non potes etiam cum incommo tuo propedem excedas; si videam, quod salutationibus, & misericulison amplius respondetas; si videam quod*

perversum seductorem tuum non amplius oculo digneris; si videam, tunc enim credam, te ex tota anima tua, ex toto corde tuo, & ex universa virtute tua conversum fuisse ad Dominum.

Et exemplo Sanctorum.

5. Hanc Regis Josias caute imitari sunt omnes Sancti ac vere poenitentes tam veteris, quam novi Testamenti, qui radiis Divini Spiritus illustrati satis agnoverunt, absque fuga occasiones impossibile esse inveniri veram poenitentiam. Quare? quia occasio & peccatum tam arcto foedere, & ut ita dicam, tam propinqua consanguinitate conjuncta sunt, ut subire occasionem idem sit ac peccare. Lubet audire exempla? Castissimus Joseph (Gen. 39.) ab impudica femina tentatus sine mora fugit, itaque fugit, ut pallium in manu scelerate sollicitatrix reliquerit; Patriarcha Loth (Gen. 19.) habitis & Sodomis: Moyses confregit vitulum aureum, (Exod. 32.) eumque in cinerem redegit: Josue sanctius evertit urbem Jerichontiam: (Josue 6.) Samson maluit pugnare cum leone, (Judic. 14.) quam in vineas declinare, ubi vini contra legem gustandi periculum subsisteret: Magdalena fregit alabastrum, (Matth. 26.) ut quodque unguentum ne una quidem remanente guttula efflueret: S. Martinianus Anachoreta (S. Sulpic. 15. Febr.) ut fugiat muliebri consuetudine in mare se projecit: S. Andreas Avellianus ob mendacium impudentem in iudicio prostratus (Brev. Rom. 10. Nov.) munere Advocati sese abdicat. Superfedo prolisior esse in his Sanctorum industriis & solius Apostoli Petri memini, qui sicut poenitentium speculum fuit; ita hæc in re, de qua loquimur, singulare nobis reliquit exemplum. Scimus quod in atrio Pontificis a femina deceptus Divinitum Magistrum suum trinis vicibus perinaciter negaverit: jam audite quid postliminio contigerit. Postquam hic ipse Divinitum mundi Redemptor devota morte gloriosus resurrexit, piæ mulieres Magdalena cum sociabus iverunt ad monumentum, (Matth. 28.) sanctissimum Dominum Corpus inguentis honoraverunt; & ecce invenierunt ibi juvenem nive candidiorem, qui illis Dominicam resurrectionem annuntiavit, præcepitque, ut eandem Discipulis enarrarent. Pecerunt mulieres, quod jusse sunt, & quid? Surgens Petrus (Luc. 24.) occurrit statim ad monumentum. Itane ille solus surrexit? solus currit? Ita est; cur non comes ivit piis mulieribus? Cur non illas assumptis loculis, ut novorum narratorum veritas tanto luculentius pateret? Nimirum S. Chrylogos serm. 77. arcanum hujus rei pandit: cecidit Petrus per feminam, jam foeminarum consortium adeo reformidat, ut etiam illas avertit, de quarum familiaritate & innocentia erant certus, atque convulsas: *Veteranus Petrus foeminam non facile audit.* Notent sibi hoc infirmi peccatores, occulter isti qui turpissimo libidinis vitio laborant, & si quidem Petram poenitentem imitari revera capiunt,

unt, sciant, fugendam esse personam complicem, fugendum esse genus alterum, fugendas esse etiam illas, apud quas ceteroquin mala suspicio non subest.

Nec valent quidquam excusationes afferri solite.

6. Domine, lateor haecenus satis fui infirmus; sed jam obfirmavi animum, cessi ad occasionem reditus sum, non cadam. Hæc professione nonnulli in sacro tribunali confessarios decipere fatigant. Ergone, mi bone, non cadiderim, ut manifeste & humaniter tecum agam, crediderim, quod modo, dum mihi colloqueris, voluntatem non cadendi habeas, sed quod eandem etiam in occasione habiturus sis, id in æternum non persuadebis. Propheta non sum; nihilominus vix non infallibili vaticinio tibi pradicco: Iterum cades, si occasionem non fugias: Ita mecum sentit S. Cyprianus: Ap. Speranz. script. sel. punct. 33. *Lubrica spes est, que inter fomenta peccandi salvatæ se sperat.*

7. Deum immortalem! Homines sancti invidiosa sapientia ac fortitudine præditi, in fide vivaces, in spe solidati, in caritate ardentes, in virtutum omnium exercitio veterani in occasione cadunt; *Mons cadens desinit.* Quis *ferentem transferre de loco suo?* exclamat admirandus Job; c. 14. Quid ergo miratur? Miratur, inquit S. Gregorius, in Job hic homines indignissimos, qui firmi erant ac immobiles instar montium, qui frigidis erant ac exsucci instar saxorum, tamen cecidit; & impuris ignibus assitit. Talis mons erat David; mons utique altissimus, qui tanta Dei mysteria prophetico spiritu voluit contemplari, & tamen quam subito cecidit deliquit; unde? ex occasione. Talis mons fuit Salomon; qui Regum sapientissimus, præfossilum Deo templum construxit, & tamen factus impudicus fornicator a vera fide ad idololatriam cultum apostatavit; unde? ex occasione. Talis mons fuit Samon, qui inaudita fortitudine præditus inimicos multis stragibus devicit, & tamen vanis blandimentis mulierculæ amoribus irretitus miserandum in modum perit; unde? ex occasione. Jam hæc contigerint in occasione pietissimum, sapientissimum, ac fortissimum, & ego credam infirmum juvenem, qui ab omni pietate, solida virtutis principia non tantum non imbibit, sed ne summis quidem libris gustavit, qui de virtute sui ipsius, & dominio passionum nihil scit; qui libidinis ignem multis lapsibus nutritam in animo circumfert, qui corporis sensibus infunitam liberatam indulgere solet, qui juvenem anorum falacia, & sanguine in vevis bullientis petulencies continuo ad nefas provocatur, qui denique omni arundine imbecillior ad quemvis detentus tiouentum sternitur; hunc, inquam, credam in nocturnis conventiculis, in domo ubi complex persona versatur, in choreis ubi utriusque sexus juvenes ad omnem vanitatem ornati & ornate comparent; verbo; hunc credam in occasione, id est in illa glacie non calurum, ubi fan-

cti ceciderunt; Non credo; Non credo; sed cum sancto Cypriano loc. cit. exclamo: *Improbabilis liberatio est, flammis circumdatis, nec ardere. Jacta mihi tuam fortitudinem, quantum velis, non credo; experientia testatur contrarium.* &c. An mihi Domine Prædicator, ut candide fatear, aliud carcinoma sub ulcere delitescit; non possum delerere occasionem, quia orientur grandia scandala, & ego in rebus meis grandia paterer detrimenta. Ita bellissime inductis coloribus te purgant, qui ad tollendam occasionem e familiarit excedere, aut personam complicem e domo dimittere jubentur. Sed quæ fundamina? inani ac profusus nullo. Defacta tota virtutis malis exemplis offensa, quæ præbet hic aut ille, palam murmurat & obloquitur; ipse vero instat periculis clausis oculis, ac immerito in terram capite credit se a nemine notari, atque nil minus quam scandalum, aut boni nominis labem pertimescit. Cum vero agitur de removenda, quam nolo nominare; statim domus tua erit in armis, quæ expulsa illa ad adium foras infamis erigetur statua. Sed dic mihi, vel populus familiaritatem hanc antea advertit, vel non? Si non advertit, dimisso pellicis, aut cesio familiarit nullam tibi parietis notam: si advertit, non inde consequetur famæ actura, sed populus redintegrato. Fuci hic sunt & confusa pallia; revera quod miser illi suis voluptatibus adherent, difficultatem longe praverum majorem flagat: naturale est, etiam peccatam, quæ pungitur id, quod amatur, videri fraximam. Veritatem enim stylium, & temporalem utilitatem pro judice constituumus; quam cito, quam lubens pariterus effes illius sententia, si imperat separationem proposita fide obtinenda hæreditatis. Sed quid dico? Sufficeret, si aliquando persona talis fieret deformis, teretica, & fastidiosa. O quam gratia, si famulitatem familiaritatis olim tam gratia. Tunc prætextus illi, quod fr domui necessaria, quod non invenitur famula paris fidelitatis, quod illius dimissio hominibus daret anam loquentem, & inquam, speciosis libitulis veluti nebulam momentis momento dissolveretur, & proprio fuo habitus apparet sceleratum illud Nolo, quod tamdiu personatum latuit sub caligine larvæ: *Non possit fieri.* Misera consilio occasionatorum, apud quas temporalis utilitas a omnia valet, æterna nihil.

Idem etiam confessores sine invitata sua fuga occasionis.

8. Plus dico: Hæc ipsa de causa, mi peccator, cum post confessionem in eandem occasionem redis, aut in illa non attentis tuo tractatis lapsibus perseveras, tandem Sacramentali absolutione omino indignum te reddis, tum quia confessionibus tuis deest serium propositum; tum quia legem integram non observas: deest serium propositum; dum enim unam rem moraliter cum peccato connexam vis, manifeste convinceris, simul & velle peccatum; legem integram non observas; nam idem præceptum, quod prohibet transgressionem,

nem, prohibet etiam periculum proximum delinquendi. Hinc omnes Moralitæ & Spiritus Magistri severissime admonent confitearis, ut ejusmodi penitentibus, qui fidem in confessione datam jam sapienter fellere, etiam optimis verbis se ad defendendam occasionem paratos afferant, sacram abolitionem non impertiant: suspendenda hæc est, donec occasio, qua tolli potest, ablata sit. Prius extrahenda est Sagitta, & tum modendum vulneri, prius obfides dandi sunt, antequam pax stabilatur, prius ejicienda de faciliis abominations, & tunc primum de faciliis Domino offendendis cogitandum est. Ideo genus penitentibus facile absoluti postmodum adeo nullam evadendi retia illa gerunt sollicitudinem, ut potius infans sylvestrium capratum infantium conficiantur: inveniunt centum prætextus, & antequam removeant peccandi occasiones, multiplicat potius lapsus; dein cum tractu temporis iterum confiteri decernant, circumvent, quaruntque alium confesarium quem suis prætextibus decipiant, sic sine dispositione, & sine remediali Sacramento percipiunt, atque in eodem loco hærentes miserandam suam animam, confesarios, ipsaque Deum ludificant. Quæ conditio hoc deservit, licet ex sequenti tragedia, quam P. Dominicus Ortonelli commemorat.

9. Juvenis quidam pessime seductus hærebatur in libidinibus concupiscentiis, itaque cor ejus aliquando tetigit, ut brutus voluptatis deserere, & celestis sectare decreverit. (P. Domin. Orton. de concup. per adm. 14. no. 10.) A confessione emendationem vitæ exorsus est, & per octo continuos dies (tempus sat longum veneris mancipii) ab omni carnis illecebra abstinuit. Hic evoluit per illam plateam transiit, qua sua quondam pessima amica habitabat. Hæc quasi in speculo excubans, ad januam quam primum juvenem conspexit, ad januam quam primum juvenem conspexit, ad januam quam primum juvenem conspexit, & prætereuntem salutavit. Cui juvenis: Ego jam non sum ille. Ego autem, reponit puella, adhuc sum illa. Itane infatigatum præteribis? Veni, liceat loqui, cum peccare non libet: exibus illico & sanctitatem tuam non violabis. Auditit invitante juvenis, intravit. Tum enim vero illa nequissime verecunda mellitis sermonibus hominem demulcere, animi sui sensa ad dilecti absentiam explicare, & demum adeo juvenem missis per intervalla suspiriis emollire, ut surgeret ille in victrici femine amplexus ruiturus. Sed horrendum dictum, profundissimo hiatus terra aperuit, eoque momento temporis absorpsit: pellex vero multo tempore horrendam in auribus sibilum percipit sine cessatione incantantem: Maledicta sis hora, qua te nosse cepi, propter te æternam damnatus sum.

10. Epitaphium. Hæc est luctuosa catastrophe peccatorum occationum. Ludunt aliquandiu cum Deo; sed ludo denique cadunt, & morte inexspectata occupati, priusquam serio emendantur, pereunt. O quis hujus furfuris peccatorum præsentibus addit, discat alieno damno sapere,

sugiat occasiones, & morem gerat Christo mortuæ: si oculus tuus aut manus tua, aut pedes scandalizant te, erue aut abscinde illos, & projice abs te: quibus verbis eterna Veritas præcipit, ut si illa persona, illa domus, illud confortium tam arcte tibi adhaerent, quam oculus, manus aut pedes; tamen illa detestanda, vitanda, & abrumpenda esse. Nec satis hoc: Verum ut de remedio tanti mali, de quo hæcenus loqui sumus, tibi consulam, scito, mi peccator, si serio ad Deum converti velis, omnino necessarium esse, ut de omni tempore, quo in occasione pessima hæctenus versatus es, confessionem, ut ajunt, generalem deponas, atque speciatim de perceptis interim penitentia & Eucharistia Sacramentis te accuses, qua ut dictum est, ex defectu serri propositi fuere nulla & sacrilegia. His peractis dein novum propositum, sed serium, firmissimum ac immutabile conripe, in famulitium illud, quod tibi peccati occasio fuit, nunquam redeundi, personam complice in ædes non amplius recipiendi, familiaritatem ac conversationem impiam non amplius frequentandi. Decerne tecum ipse Deo, non, nisi deinceps in mortuorum potius numero, quam in illa domo, aut occasione ero. Neque hic iterato mihi prætexas illam difficultatem, cujus supra mentionem fecisti; hæc enim tam superanda est, quam chara tibi salus est. Dic quid tibi videatur difficilissimum; superare occasiones, aut æternam damnari? alterutrum tamen necessarium est. Val, inquis, damnari: superest utique vita, datur tempus penitentia. Haec naniã & sibi occinuit infelix ille juvenis, non putavit se a Dei vindicta tam celementer occupatum iri, & sic perit. O si hodie spatium penitentia, & recuperanda beatitudinis, qua exiit, facultatem impetraret, qui ille austeritatis prodigia supra omnes anachoretas ederet? quibus lacrymis commissa scelera supra Petros & Magdalenas desleret? quibus verborum fulminibus sua voluptates demararet? qua promptitudine pravam occasionem ejurare? quam implacabili odio personam complice averaretur? Cogita hæc tecum, mi peccator, & decerne jam nunc, an non fieri poterit, quod in inferno (avertat Deus) tam ardentibus desideris incausam es exoptaturus? &c. &c.

Dominica infra Octavam Nativitatis

CONCEPTUS V.

De quare effectu seu fructu Penitentia, videlicet salutari timore ob peccatum etiam remissum.

Positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum. Luc. 2.

Post penitentiam nemo securum se putet.

1. Perique Christianorum, præsertim et reprobiorum aut rudium amentium, qui in sancta fidei principis & rebus ad spiritum pertinentibus haud satis instructi ad communem mundi morem vitam nec virtuosam, nec nimis

sec.

fecleratam vivunt, postquam commissa sua peccata in aures Sacerdotis una cum uno aut altero suspirio deposuerunt, jam rem omnem se peregrisse rati, adeo secure de sua salute confidunt, ut delictorum, & odiosi Numinis ne quidem amplius recorderentur. Paucis: tantum attendunt ad ea, quæ in confessione, non item ad illa, quæ post confessionem agenda sunt. Deceptio hæc est diaboli & gravis error, ex quo multa male propullant; ubi enim abest Timor Domini, quem S. Hieronymus epist. 27. ad Fabiol. Virtutum custodiam nuncupat; facile impietas in animum, velut hostis in urbem a cultodibus inobstantem irrupit. Quæris quid ergo, & de quo timendum sit? Respondeo, de peccato etiam remisso. De peccato remisso? Hæc mihi sunt nova novissima; sed non prius Christianis, non Spiritus Magistris, non sapientissimo denique Ecclesiastico, qui verbis a Spiritu sancto inspiratis est, & me, & omnes peccatores commonet: De peccato peccato non esse sine metu. (Ecclesi. 5.) Causas hujus metus posse assignare complures: Possem cum sancto Gregorio lib. 4. mor. c. 42. dicere, timendum esse, quia licet certus sis quod peccata commiseris; incertus tamen es de venia & ignorant, an commissa digna fueris. Possem cum Cornelio a Lapide in Ecclesi. 5. dicere, timendum esse, quia licet culpa sit remissa, remanet tamen pena lucenda. Possem cum sancto Chrysologo dicere, timendum esse, quia peccatum grandem intellectus excitat, & rerum celestium incuriam causat, prout exemplum habemus in Divo Apostolo Petro, qui Divinissimum Magistrum suum post gloriosam Resurrectionem suam in maris Tyberiadis littore apparentem non, nisi a sancto Joanne submonitus, agnovit: Tardius sumus Dominum videbat, qui vocem suavit ancilla suspirantis audiebat. (S. Chrys. serm. 28.) Verum abitaendo ad his, mi Christiane, aliam tibi timendi rationem declarabo: Esto vere penitens fueris, esto commissa peccata integre, ac sincere in confessione detexeris, noli dormire secure, in periculo nihilominus versaris, quoniam: Quare? Exhorreo terribiliter veritatem, quia peccatum, etiam remissum potest post se trahere æternam damnationem. Non volo quidem dicere, quod peccatum penitentia perfecte deletum relapsu reviviscit: abit hoc a me; sentio contrarium cum Divo Thoma, 3. p. q. 88. a. 1. & eximio Suarezio, disp. 13. sect. 1. n. 1. qui putat id esse de fide: Nihilominus assero salutarem timorem esse genuinum prolem seu fructum penitentia, timendum autem esse; quia, ut dixi & nunc repeto, peccatum etiam remissum potest post se trahere æternam damnationem.

De peccato etiam remisso timendum est.

2. Proposito. Fulmen loquor, animis & auribus nostris horricum, sed verissimum. Dubitas? Ergo probationem facio, explicando tam ex parte ipsius peccati, quam ex parte peccatoris, & Dei, qua ratione ad peccatum jam semel remissum

adhuc æterna damnatio consequi valeat. O Christiane, time & treme, quia necis, ut cum hodierno Evangelio loquar, an Christus Dominus tibi postus sit in ruinam, aut in resurrectionem. Attendite, Fratres.

§. 1. Quia pessima inclinatio in animalitatem.

3. Confirmato. Peccatum propitium potest adhuc, nisi cor tuum salutari timore obstrimes, æternam damnationem post se trahere: hæc veritas imprimis patet ex parte ipsius peccati; quare? quia illud depravat naturam, & pessimas inclinationes relinquit etiam post peractam penitentiam, & veniam impetratam. Israelitæ reliquerunt quidem Ægyptum corpore tenente, non autem animo; trisabantur enim ob iacturam ceptarum & allorum, eduli hæctenus tam teneri amati: Parent in modum, ait S. Franciscus Salesius, 2p. Baz. serm. 43. §. 3. dixerunt nonnulli penitentes, qui quidem peccatum non vultu affectum peccati exuunt, & quamvis voluntatem habeant deinceps non amplius peccandi, trisabant tamen, quod voluptate peccati, hæctenus tam gustatæ assueti, carere deinceps debeant. Inimicitia, quam adversus peccatum conceperunt, non est tanta, ut etiam ad juncta, seu ut ita loquar, consanguineus peccati averterentur.

4. Hi consanguinei, vultu dicere, hæc pravæ inclinationes pro reducendo in animum hominis peccato, e quo expulsi sunt, ea importunitate laborant, ut homini salutis sua studio incessibiles pugnam faciant: Imaginamini vobis sentiantur, quod licet securibus excindatur, tamen e radice noviter propullat: imaginamini vobis canem domesticum, qui licet millies ex adibus abigatur, millies tamen revertitur: imaginamini vobis grande incendium, quod licet superinfusus aquis sedulo extinguatur, flante tamen modico vento facile reaccenditur: imaginamini vobis glires, hirundines, aut viperas, quæ licet hyemali tempore profundissime consopitæ, aut omnino mortuæ videantur, imminente tamen vere reviviscunt: Ita de malignis passionibus, & seminibus ex peccato relictis dicitur Melchior Bernardus 2. serm. 58. in Cant. Credite mihi quod mortui resuscitantur, & effugata ridemur, & reaccenduntur, existunt, & septia de novo excitantur. Jam mi Christiane, si non continuo in armis excubis, si in mera tepiditate & salutis incuria visis, si in periculosis occasionibus versari non vercaris, si denique carni & concupiscentiæ omnia, quæ lubent, indulgeas, quid putas malorum consequi posse? Id tibi fabula illa explicat. Viperæ, quibus paulo ante meminimus, hyeme vix non exinimus in nive jacebat, pastorum quidam illam miseratus in sinum recepit: at inimicum illum ubi ad calorem naturalem virescere rediit, fastorem suum veneno mortu læsit: conquisitus pastor, at tanta ingratitude haud leviter indignabatur, at viperæ reposuit: Tibi quid culpa imputa, quia calore me animalis: vulneravi te in sinum recepta, quia quod probe presciveras, feci, quæ

B

face-

Glans spiritus. Causa & Consequ. Tom. II. Pars I. I.